

Titus et Arruns et Sextus erant filii Tarquiniī Superbī. Quādam nocte, frātrēs bibēbant cum amīcīs. Patruēlis suus, Collātīnus, et Brūtus aderant. Omnēs virī māgnā voce loquēbantur.

"Herī in urbe ambulābam," Sextus inquit. "et pulcherrimam puellam vīdī. Voluī osculārī eam!"

"Fortasse haec puella erat pulchra," Titus clāmāvit, "sed uxor mea est pulcherrima! Et pudōrem habet!"

Arrūns rīsit. "Uxor tua pudōrem nōn habet! Saepe bibit cum amīcīs. Uxor mea habet maximum pudōrem. Collātīne, quid putās?"

"Debēmus domūs ire," Collātīnus inquit, "et iam uxōrēs vidēre!"

Itaque virī ad omnēs uxōres eunt. Uxōrēs Titī et Arrūntis sine pudōre cum amīcīs bibēbant. Lucretia, tamen, uxor Collātīnī, domī sedēbat et laborābat.

"Lucretia maximum pudōrem habet!" Sextus clāmāvit. "Collātīnus optimam uxōrem habet!"

In urbe Collātiā habitāvit fēmina, nōmine Lucretia. Lucretia erat fēmina pulcherrima et habet māximum pudōrem. Lucretia erat uxor Collātīnī. Collātīnus nōn est in Collātiā, sed in bellō in urbe Ardeā est.

Quādam nocte, Sextus Tarquinius domum Lucretiae advēnit. Sextus vīderat Lucretiam esse pulcherrimam et habēre māximum pudōrem. Sextus Lucretiam voluit. Itaque Sextus, ferēns gladium, domum intrāvit et inquit, "Dormī mēcum aut tē interficiam!"

Lucretia surrēxit et respondit, "Mē interfice! Numquam tēcum dormiam!"

"Postquam tē interfēcerim, ponam corpus tuum prope servum. Collātīnus putābit tē dormivisse cum servō! Omnēs putābunt tē nōn habēre pudōrem!"

Lucretia cessit. Post rem, Sextus domū Lucretiae discessit, laetus quod honōrem eius cēpit.

Lucretia, commōta dolōrī, mīsit nuntiōs ad pātrē et coniūgem. Statim pater, Lucretius Tricipitīnus, advēnit cum amīcō, Publīo Valeriō, et Collātīnus advēnit cum Brūtō. Vīdērunt Lucretiam domī lacrimantem.

"Quid est dolor tibi?" Collātīnus inquit.

"Honōr meus est captus!" Lucretia respondit. "Sextus Tarquinius noctū advēnit et coēgit mē dormire cum eō. Pudōrem nōn habeō!"

"Ēheu! Sextus est malus," omnēs virī inquit, "sed tū nōn es!"

"Necesse est tibi cogere Sextum poenās dare," Lucretia inquit, "sed ego poenās meās dabō!"

Statim Lucretia cultrō, quem sub vestimentīs habuerat, sē interfēcit. Pater et coniūnx clāmāvērunt. Brūtus, tamen, cultrum cēpit.

“Per hunc sanguinem, iūrō Tarquīnium Superbum et malam famīliam cogendōs esse fugere Rōmā! Numquam iterum rēx super Rōmam regnābit!”

Collātīnus et Tricipitīnus et Valerius mīrantur Brūtum et, capientēs cultrum, quoque iūrāvērunt. Statim Rōmam cum multīs hominibus iērunt. Tricipitīnus dē Lucretiā omnibus dīxit. Tarquinius Superbus, hoc audiēns, ā bellō in Ardeā Rōmam rediit, sed Rōma Tarquiniīs clausa erat.

Sextus fūgit Gabiōs, quōs ōlim dūcēbat, sed Gabīnī, irātī, eum interfēcit. Aliī Tarquiniī ad magnam urbem Etruscam, Clūsium, fūgērunt. Superbus rogāvit Porsennam, rēgem Clūsīi, iuvāre capere Rōmam.

Rōma, tamen, nōn iam rēgem habēbat. Senātōrēs iam urbem dūcēbant, et Brūtus et Collātīnus, iam cōsulēs, senātum dūcēbant.